



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Hyemalis - A Dominica I. Adventus Domini nostri usque ad  
Dominicam Septuagesimæ

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Eodem Die, De mansione Nazarethana & subjectione D. Iesu, usque ad  
annum trigesimum. Nisi te subdas Deo, Deum tibi subdis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44194**

3. de Imit.  
Ch. c. 6:

Tu è contrà quid pecces audi ex libello nunquam deponendo: Propter modicam contrarietatem desic à captis, & nimis auidè consolationem quaris. Fortis amator stat intentionibus, nec calidus credit per suasionibus inimici. Affectus ille bonus & dulcis quem interdum percipis, effectus gratia presentis est. & quidam pragustus gratia celestis super quo non nimis innitendum, quia vadit &

venis. Certare autem adversus incidentes malos animi motus, suggestionesque spernere diaboli, insignis est virtutis & magni meriti.

Vide integrum caput, & sic defectus tuos agnosce, ut eos corrigas: sic vero corrige, non ut alios in defectus mutentur, quod sæpe tibi accidit, sed ut muteris in alium, quod raro fit.

## E O D E M D I E. ALIA VERITAS PRACTICA.

Nemo jam Christum amittit, nisi qui dimittit.

Vel, ut habet S. Ambrosius.

Nemo tibi Christum auferre potest, nisi te illi auferas.

In Luc. c. 5.

**RATIO EST.** Quia nemo tibi Christum auferre potest, nisi velis. Vel, Nemo jam Christum amittit, nisi sua culpa.

Sed si velis Christum tibi auferri, tu te illi auferas. Vel, Qui sua culpa Christum amittit, ipsum dimittit.

Nemo igitur tibi Christum auferre potest, nisi te illi auferas. Et jam nemo Christum amittit, nisi qui dimittit.

**Q**UÆ quidem omnia tam plana sunt & aperta, ut sint solum termini proponendi. Nec illud etiam obscurum est quàm sit pavendum & cavendum, sic à te Christum dimittere, si tibi Christum auferat. Quia in venerunt in me iniquitates, quia elegerunt à me, & ambulaverunt post vanitatem: & vani facti sunt. Ier. 2.

## E O D E M D I E.

### DE MANSIONE NAZARETHANA, ET SVBIECTIONE D. JESU, USQUE AD ANNUM TRIGESIMUM.

Et erat subditus illis. Luc. 2.

#### VERITAS PRACTICA.

Nisi te subdas Deo, Deum tibi subdis.

**RATIO EST.** Quia nisi te subdas Deo, tuam potius quam Dei voluntatem facis.

Sed suam potius quam Dei voluntatem facere, est sibi Deum subdicere.

Ergo nisi te subdas Deo, Deum tibi subdis: Quod cum sit horrendum dictu, & factu etiam magis execrandum, potens est motivum ad nos perferendos Deo subdicendos.

#### I. PUNCTUM.

Luc. 2.

**A**B anno duodecimo Christi Domini, atque ab ipsius reditu Jerosolymitano in Nazareth, pauca hæc de illo referantur; Et descendit cum ois, & venit Nazareth

& erat subditus illis. Et Mater eius conservabat omnia verba hæc, in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia, & aetate, & gratia apud Deum & homines. In quibus illud supra omnem hominum atque Angelorum admirationem est, quod esset subditus illis. Expende singillatim omnia. Quis, quibus, quamdiu, quo fine, quomodo, & in quo illa est subiectio. Nempe in arte fabrili, & in omnibus obsequiis domesticis, quasi ille servus esset, ille qui est universorum Dominus. Nonne hic est fabri filius? Nonne hic est faber, filius Maria? dixerunt Judæi postea cum primum prædicare cœpit.

O mundi Architectum & fabricatorem universi, quò te devexit mea superbia, ut in angustas fabrilis officinæ descenderes, nec aliud per duodeviginti annos continuos, quàm illud vile officium, ad unius hominis directionem & imperium, exerceres! Certè nisi discamus subijci, &

Matth. 13.  
Mayc. 6.

hu.

Sap. 19.

humiliari hoc exemplo, verè de nobis illud sapientis asseretur; Omnes insipientes & infelices supra modum anima superbi. Quod quidem manifestè patebit ex Veritate proposita, si attendè consideretur; Quid enim insipientius & infelicius quam velle Deum tibi subdicere? At nisi te subdas Deo, Deum tibi subdu.

quoniam cui exhibitu vos servos ad obediendum, servus estis eius cui obeditis? Quasi diceret, an ignoratis quod est tam manifestum ut omnes videant hac notà servum alicujus & subiectum designari si obediat eius voluntati? Non potest quidem homo sic negare suam servitutem & subjectionem Deo, ut se penitus retrahat à divina voluntate, nam si recedit ab uno voluntatis ordine, cadit in alium, ut docent omnes sancti Patres, sicque non ita Deo resistitur, quin fiat ocyus serius quod absolute velit: Sic enim Ille, *Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet.* Quando tamen peccas, aut quando citrà grave peccatum, vel etiam si nulla forte videretur inesse culpa, quando te à divina Providentia subducis, sic te ab aliqua eius voluntate retrahis, sicque velles Deum se potius ad tuam voluntatè accommodare, quam tu ad ipsius nutum & ordinationem: quod est tam vere tibi subdicere Deum, quàm vere illi subiectus esses, si non tuam, sed ipsius magis spectares voluntatem. *Servire mactasti in peccatis tuis prabuisi mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Vix sine peccato talis subtractio fieri potest; & quando in tali peccato nihil aliud grave esset quam sic te à Deo retrahere, sic sibi Deum subdere potius, quam te illi, Nonnè hoc esset satis grave & deplorandum? Si quod Christus suis esset subditus, tam mirum videretur & alienum à divina eius Majestate: Quid, quod Ille tibi subdatur? Ille tibi in concupiscentiis, & in peccatis tuis! O quam longè magis stupendum! sive Ejus Bonitatem, sive tuam spectes audaciam.

1/4.46.

Ex. d. 10.

Ratio est plana & facilis; Nam nisi te subdas Deo, tuam potius quàm Dei voluntatem facis; Quid planius? sicut enim nostra subiectio consistit in voluntate Dei faciendâ, sic nostra rebellio seu nostræ subjectionis defectus, nihil est aliud quàm divinæ illius voluntatis neglectus. *V. quo non vis subjici mihi?* Nonnè hoc perinde est ac si diceret, usquequò non vis quod volo facere? O qualem Dei Domini Bonitatem! Hoc à creatura petere, hoc à servo postulare!

II. PUNCTUM.

In Ps. 32. Conc. 1.

SED suam potius quàm Dei voluntatem facere, est Deum sibi subdicere, Nam Deus & divina ejus Voluntas sunt unum & idem; undè aptè S. Augustinus: *Quantum Deus distat ab homine, tantum Voluntas Dei à voluntate hominù;* ac proinde si tibi subjicis divinam voluntatem, subjicis tibi Deum, At verò cum tuam potius quàm Dei voluntatem facis, nonnè tum tibi subjicis divinam illam Voluntatem? Nonnè ergo tum etiam tibi Deum subdis? Nec aliter Christus Dominus dicitur fuisse subditus suis parentibus, nisi quod ad eorum voluntatem se totum faceret? N. que se ipse Deo Patri aliter subjecerat, nisi quod non suam sed Patris voluntatem spectaret in omnibus, sicut ipse toties professus est: *Non quero, inquit, voluntatem meam sed eius qui misit me.* NON sicut Ego volo, sed sicut tu. Non quod ego volo, sed quod tu. Non mea voluntas, sed tua fiat. Hoc est se Deo subdicere. Tu verò qui contraria profusus desideras, Tu qui tuis desideriis Deo contradicis, ac proinde Deo dicis Non quod tu vis, sed quod volo; Non tua sed mea voluntas fiat; Quid hoc esse dices, nisi te tibi Deum subdicere?

Joan. 5. Mat. 26. Marc. 14. Luc. 22.

*Servire mactasti in peccatis tuis prabuisi mihi laborem in iniquitatibus tuis.* Vix sine peccato talis subtractio fieri potest; & quando in tali peccato nihil aliud grave esset quam sic te à Deo retrahere, sic sibi Deum subdere potius, quam te illi, Nonnè hoc esset satis grave & deplorandum? Si quod Christus suis esset subditus, tam mirum videretur & alienum à divina eius Majestate: Quid, quod Ille tibi subdatur? Ille tibi in concupiscentiis, & in peccatis tuis! O quam longè magis stupendum! sive Ejus Bonitatem, sive tuam spectes audaciam.

1/4.43.

Sic itaque pro præterito confundere, ut ad futuram subjectionem sis cautior, illudque Davidis ad filium suum, tibi proponas; *Fui mi, sciso Deum patris tui, & servito ei corde perfecto, & a nimo voluntario, omnia enim corda scrutatur Dominus, & universas mentium cogitationes intelligit: si qua seris eum invenies; si autem dereliqueris eum, proiciet te in aeternum.*

2. PAR. 22.

Vide Verbo Servire, Discipulus, Obedientia,

III. PUNCTUM.

Rom. 6.

NISI ergo te subdas Deo, tam manifestè tibi Deum subdu, quàm manifestè tibi subdu eius voluntatem, cui tuam præfers, hoc ipso quo te illi non subdu; Cum nihil aliud sit subiectum illi esse vel non subiectum, quam voluntatem ejus facere vel non facere. *Nescitis, inquit Apostolus,*



DIE